

*Alexander Iura Cruciferorum confirmat.*

*Alexander Episcopus Servus Servorum DEI, Dilectis*  
*Filiis Magistro & fratribus domus beate Maria in*  
*Prussia nullius Diocesis Hospitalis, eiusdem*  
*beate Marice Theutonicorum Ierosolimitani:*  
*Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum a*  
*nobis petatur quod iustum est & honestum tam*  
*vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut*  
*id per sollicitudinem officii nostri ad debitam*  
*perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino*  
*filiis nostris iustis postulacionibus grato con-*  
*currentes assensu, omnes libertates & immunita-*  
*tes, a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus*  
*sive per privilegia seu indulta alia, vobis & domui*  
*vra concessas, nec non libertates & exemptiones*  
*secularum exactioinum a Regibus & principibus*  
*ac aliis Christi fidelibus vobis & eidem domui*  
*racionabiliter indultas sicut eas iuste & pacifica*  
*possidetis vobis & per vos eidem domui, auctoritate*  
*Apostolica confirmamus & presentis scripti*  
*patrocinio communimus. Nulli ergo omnino*  
*hominum liceant hanc paginam nostra con-*  
*firmitatis & communitonis infringere vel*  
*ei ausu temerario contraire. Siquis autem*  
*hoc attemptare presumpserit indignatio-*  
*nem Potentis Dei ac beatorum Petri*  
*& Pauli Apostolorum eius se noverit*

1241  
1244  
incursum. Dat Rome apud Sanctum Petrum  
Anno Incarnationis Dominice Millesimo  
Quadragesimo nonagesimo quarto Nono  
Kalend. Ianuarii Pontificatus nostri Anno tertio.

Ta kopia przepisana z Originale  
pargaminowego dnia 27. Maja  
Roku 1784. Udotu najedwabiu  
zultym wisi pieczętka z Otowiu  
odlana